

357
summamq; in administrandâ justitiâ dexteritatem, est
Vestrae Nobilissimae Excellentiae rara & pietas
& humanitas erga modernò aliàs abjectos seculo Verbi di-
vini ministros, ut nunquam satis deprecari possit ab
omnibus, quibus innotescere Tanto Viro licuit. Certè
quoties recordor, quàm serenâ fronte, quàm blando affa-
biliq; alloquio subinde, cum hic Frauenhaynam fortè per-
agrat, exceptus fuerim, quàm comiter habitus, totus in
vota animus & suspiria resolvitur; nec unquam fui
tàm immemor, quin pro incolumitate Vestra Nobilis-
simae Conjugis, totiusq;ve Familiae, ardentissi-
mis haëtenus ter Optimum indies sollicitare precibus cura-
verim, & adhuc pergam strenuè defatigare, ut in maxi-
mum Reipublicae emolumentum, omnium bonorum sola-
tium, maximè pauperum, qui nunquam surdas aedium
Vestrarum pulsant fores, Tantum Decus patriae servet,
vegetet, sospitet. Vestrae autem Magnificentiae,
Ephore Venerande, quomodo non assurgerem?
Quis enim non suspiciat consummatissimam omnium tàm
divinarum quàm humanarum rerum scientiam? Sua-
dam mellifluam? consiliorum gravitatem? certante
quasi invicem hinc Prudentiâ illinc Experimentiâ, ut TUI
similes forsitan habeas paucos, superiorem neminem. Jam
ut VOBIS officia voluntatemq; declararem meam, munus
hoc chartaceum offero (ita enim solent humiles animae,
quando plura, quæ volunt, assequi non valent) quò publi-

A 2

cum